



ANNUENTE CHRISTO!

Totus homo à nativitate morbus est, ita Magnus ille noster Hip-
 pocrates (a) verè eheu conqueritur, miseriamq; humanam
 deplorat miserandam. Malè equidem afficiuntur infantes, ju-
 venes corripuntur, supprimuntur senes: jam caput dolet, mox
 latera discruciantur, modo pectus obruitur: hic extuberantia,
 ibi atrophia, istic centena demum affligunt alia, ut adeò ob tot pe-
 riculorum genera, tot morbos, tot metus, tot curas vel Natura
 melius nihil vitè brevitate præstitisse Plinio (b) videatur. Missis
 ceteris atq; relictis numero eorum ex numero naturã inspicere
 jam & considerare constituimus doloris colici. Censura enim
 & consideratione dignum hoc esse malum, nobiscum alii credent
 indubii. Non enim satius est mori, quàm vinculo teneri mortis,
 morbove (ut cum Sophocle (c) loquamur) incurabili? Numquid,
 si, quod nos se viori dubioq; fatigat cruciatu, vinculum appella-
 verimus mortis, alienum vel iniquum videtur? Gravis morbus &
 dolorificus colica dispositio. Quamvis hominem non statim in-
 terimat, tam acerba tamen sepius est, ut quos exagitet, maline
 potius mori quàm diutius cum ea conflictari; ita Trallianus (d)
 sentit non injurius. Affectum hunc si adjecerimus vulneribus,
 qua Coò (e) sunt lethalia; Eum ipsum si lethalem dixerimus,
 ficum, quod ajunt, nos ficum appellitare equidem persuasum habe-
 mus. Κωλιχὶ δὴ κτείνοντα ὀξέως, Aretæus (f) inquit: toties hinc
 inde id evenire quis dubitat? Quoties hic carnifex nullis ce-
 dit auxiliis? Et quot violentas sibi inferre manus adegerunt hi
 cruciatus immanes? Multos sibi his doloribus adactos consci-
 visse mortem, tradit Eraustus (g) cui etiam neullus quidem hóc,
 si in extremo est, major esse creditur dolor. Quibus lacrimis

A

pro-